

Johann Ernst Schaper

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Ernestus Schaperus ... Ad
Exeqvias Qvas ... Matronæ Margarethæ Catharinæ Helwigiaë Viri ... Dn. M.
Joachimi Ernesti Helwigii Pastoris Neo-Caldensis ... Relictæ Viduæ Soror unica
eaqve mœstissima decenter parabit, cohonestandas, Omnes Omnium Ordinum
Cives Academicos ... invitat**

Rostochi[i]: Weplingius, [1705]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn756281563>


Druck Freier  Zugang




Schaper, J. E.,
in M. C. Helwig.

Rost. 1705.

LB FP Sandhagen, Margaretha 1705





78.
58.
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JOHANNES ERNESTUS
SCHAPERUS,

MEDICINÆ DOCTOR EJUSDEMq; PROF. ORD. FCTIS
SUE SENIOR AC DECANUS, ET SEREN. AC PO-
TENTISS. DUCIS MECKLENBURGICI,
REGENTIS ARCHIATER.



AD
EXEQUIAS

QVAS

MOROSTISSIMÆ, AC OMNIUM MULIEBRIUM VIR-
TUTUM DECORE MAXIME CONSPICUÆ MATRONÆ

MARGARETHÆ
CATHARINÆ HELWIGIÆ

VIRI QVONDAM PLURIMUM REVERENDI atq; CLARISSIMI

DN. M. JOACHIMI ERNE-
STI HELWIGII

PASTORIS NEO-CALDENSIS SYNODIq; NEO-CALDENSIS
ET DARGÜNENSIS PRÆPOSITI MERITISSIMI
RELICTÆ VIDUÆ

Soror unica eaqve mœstiffima decenter parabit,
cohonestandas,

*Omnes Omnium Ordinum Cives Academicos
officiose & amanter invitat.*

Rostochi, Typis Joh. Wepppling, SER. PRINCIP. & ACAD. Typ.



Qvod commune est Naturæ post lapsum etiam huma-
næ debitum, id ipsum in munere meo Rectorali pro-
ximè reiteratò primum mihi, quamvis invito, scri-
ptionis publicæ suppeditat argumentum. Octiduum
enim est, quo communi mortalitatis lege hominibus
exempta est Ornatissima Matrona MARGARETHA CATHA-
RINA HELWIGIA. Quæ cum sexaginta & quinque annos
obiens diem jam confecisset, verum ostendit, quod à Vatum
Maximo dictum, quum vitæ humanæ terminum in septuaginta
annis poneret, aut si ad summum veniretur, in octoginta. Qvod
dum recogitarunt naturæ ac mundi senescentis Patroni tam
antiquiores quam recentiores & statum virium ac vitæ termi-
num priorum hominum cum statu virium & vitæ termino
posteriorum hominum contulerunt, antiquissimum item
mundi habitum cum antiquiori & recentiori, plantarum denique
& antiquissimarum aromatum specierum pensitarunt defectum,
non potuerunt non animo suo persuadere, ut alias res usu ac
tempore atteri, sic & naturam rerum decrescere & velut effocetam
feri. Ita sibi persuasit & alius ESDRAS (Lib. IV. Cap. V. 54. 55.) *Con-*
fidera & Tu minore statura vos esse quàm ij qui antecesserunt Vos & qui post
Vos venturi sunt minores fore vobis, quasi iam senescentibus creaturis & robur
juventutis pratercuntibus. Ita PLINIUS Hist. Nat. Lib. VII cap. XVI.
In plenum autem (inquiens) cuncto mortalium generi minorem staturam indices
fieri propemodum observatur: rarosq; Patribus proceriores consumentem uber-
ratem seminum exustione, in cuius vices nunc vergat avum. Videtur
ejusdem opinionis HORATIUS Lib. III. od. VI.

Damnosa quid non imminuit dies?

Ætas Parentum pejor avis, tulit

Nos nequiores, mox duros

Progeniem vitiosorem.

Planè confirmare visus est D. CYPRIANUS adversus Demetri-
anum scribens, qui audaciter affirmare non verebatur, ingentes
sui temporis adversitates Christianis imputandas esse, quod idola
adorare recusaverint, cui respondens sic ait: *Illud prima loco scire*
debes, senuisse jam mundum; non illis viribus stare, quibus prius steterat,
nec vigore & robore eo valere quo antea prævalebat. Hoc etiam nobis

84 cont

Facientibus & nulla de Scripturis S. prædicationibusq; divinis documentata promentibus, mundus etiam ipse jam loquitur & occasum sui rerum labentium probatione testatur. Non hyeme nutriendis seminibus tanta umbram copia est: non frugibus æstate torrendis solis tanta flagrantia est, nec sic verna de temperie sua leta sunt, nec aded arboreis sætibus autumnus sæcunda sent. Minus de effossis & fatigatis montibus marmorum eruuntur crusta, minus argenti & auri opes suggerunt exhausta jam metalla: & pauperes vena breviantur in dies singulos & decrescunt. Deficit in agris agricola, in mari nauta, miles in castris, innocentia in foro, justitia in judicio, in amicitia concordia, in artibus peritia, in moribus disciplina. Putasne in tantum posse substantiam rei senescentis existere, quantum prius potuit novellam adhuc & vegetam juventute pollere. Minuatur necesse est, quicquid sine jam proximo in occidua & in extrema devertit. Sic Sol in occasu suo radios minus claro & igneo splendore jaculatur: Sic declinante jam cursu, exoletis cornibus luna tenuatur; & arbor quæ fuerat ante viridis ac fertilis, arescentibus ramis fit postmodum sterilis senectute deformis. Et fons qui exundantibus prius venis largiter profuebat, senectute deficiens, vix modico sudore destillat. Hæc sententia mundo data est: hæc Dei lex est, ut omnia orta decedant & aucta senescant; & infirmantur fortia, & magna minuantur, & cum infirmata & diminuta fuerunt, finiuntur. Ex recentioribus tam Medicis quam Philosophis pauci sibi hoc pervalerunt, quos inter Marcellus Donatus, Mantuanus, Medicus, Philos. & Eqves Lib. IV. c. XIV. Petrus de Peramaio Lib. de evacuand. rat. c. XXIV. Jacobus Dalechampius Lib. 2. de peste & alii, quorum opinionem adducit Gregor. Franci in disert. de signis extremi diei. Sed neq; his, breviter insinuatibus argumentis ac testimoniis, nec aliis quam plurimis moti aut convicti plurimi Medicorum & Philosophorum constanti temporum & animorum unanimi consensu affirmant, vanam esse illam sententiam & vulgariter eruditorum, longeq; probabiliorem & veriorum quæ defendit tam firmam pulchram ac valentem naturæ faciem nunc esse quam unquam antea & à primis ineuntis mundi incunabulis ad hæc nostra tempora à nativo suo vigore & vivacitate nil deflexisse. Horum in Catalogo ex antiquioribus

X 2

quioribus

qvioribus eminet L. ANNÆUS SENECA, Virtutis illud & sapientiæ
admirabile, teste Baudio, exemplum, in Lib. V. de Benef. c. VIII.
Rerum natura (inquiens) nihil dicitur perdere; quia quicquid illi abelo-
litur, ad illam redit, nec perire quicquam potest quod quo excidat non
habet. Optimus item ac tersissimus, iudice Voffio, scriptor, L. JU-
NIUS MODERATUS COLUMELLA in præfat. Lib. I. rer. rust. ad-
terens quod primus ille mundi genitor naturam perpetuâ fœcunditate
donaverit, quodve tellus communis omnium parens divinam iuden-
tam sortita sit: probans à testimonio experientiæ Lib. II. cap. I.
Cum semel invasit senectus, regressum non habet, nec revirescere aut
repubescere potest: at è contrariò seu sponte seu quolibet casu, destituta
humus, cum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respon-
det. Deniq; veram causam proponens: Non fatigatione, quem ad-
modum multi crediderunt, nec senio; sed nostra scil. inertia minus be-
nignè nobis arva respondens. Hæc ille, verè quidem plerumq; &
piè, quod fœcunditatis datorem intellexit prædicavitq; DEUM:
sed quod labori & industriæ plus tribuat quàm decet, in eo à ve-
ritatis pariter & pietatis tramite deflexit. Recentiorum Medi-
corum ac Philosophorum in numero præ cæteris excellit doctis-
simus JONSTONUS, qui tanquam alter naturæ novus Atlas, hodi-
ernam illius pulchritudinem & firmam compagem nihil ab an-
tiqvo suo decore recessisse, abundè satis & luculenter probavit,
brevis sed eleganti *de Natura Constantiâ*, editâ Diatribâ. Non est
hujus loci neqve scopi nostri, testimonia & argumenta utriusq;
partis examinare & quodnam iis insit pondus, prolixioribus
exponere; sufficit nobis & sufficere omninò potest, quotidianam
testari experientiam, eundem adhuc verti orbem, eundem per-
durare ordinem temporum, eundem solem cursum tenere, spacia
jam olim decursa sidera conficere, eadem per omnia effecta
producere elementa, & adhuc hodiè produci homines bonitate
ingenii atq; genii virtute antiquis pares. Jactent igitur Judæi
suam *Abigail*, *Aspasiam* Græci celebrent, *Lucretiam Gracchæ*q; Ro-
manæ decantent literæ: nihil erubescimus, habemus & nos quas
ostendere possimus & publico quodam elogio prædicare. Ha-
bemus

210

bemus quamvis lumine vitali extinctam, supra memoratam
 HELWIGIAM, quæ & prudentiâ *Abigail* & honestate *Aspasiam*
 & pudicitiâ ac disciplinâ *Lucretiam Graccham*, si non vicit certe
 tamen æqvavit; pietate verò & religione animi tantò omnibus
 major exstitit, quantò omni præconio præstantius est, esse Chri-
 stianam. Quæ quum nuperrimè vita corporali desierit vivere,
 dolere quidem convenit, tot corporalia in unius morte defecisse
 virtutum officia, gratulari tamen, tot moralia virtutum orna-
 menta & vivere etiamnum & victura esse in æternum. Con-
 venit etiam ex instituto veteri ac consuetudine, Calculonum
 ad morem, summas ingentes æris brevioribus exprimentium,
 præstantissimæ Matronæ vitam signare potius quàm eloqui, ut
 non tam legere ejus actus aliquis quàm numerare videatur. Na-
 ta est nostra piè defuncta & propinquis suis & Amicis desiderat-
 tissima in Roseto hoc nostro, anno ab orbe reparato M. DC. XXXIX.
 d. xii. Julii ex ejusmodi Parentibus, qui genere non tantum sed
 virtute quoq; ac pietate multum præstarent, ut ita longè meliori
 jure, quàm illa apud Sophoclem, gloriari posset *Ὁσεβης ἐξ Ὁσεῶν*
Pia ex Pius. Pater fuit Plurimum Rever. atq; Clarissimus Dn, M.
 REMBERTUS SANDHAGIUS, Pastor Nicol, per annos qua-
 draginta & septem maximè meritis & totius Rever. Ministerii
 Rostoch. Senior ac Director gravissimus, Orator suo tempore
 Ecclesiasticus longè excellentissimus. Mater DOROTHEA All-
 warts/ Religiosissimi olim Ecclesiæ Nicolaitanæ Superinten-
 dentis M. JOH. GOLDSTEINII, Vidua relicta, Matrona &
 probitate & dexteritate laudatissima. Avus Paternus, Vir quon-
 dam Rever. atq; Doctissimus GABRIEL SANDHAGIUS,
 Diaconus primum per biennium oppidi Dissen, in ditione Os-
 nabrugensi, vigilantissimus, post per 59. annos Pastor Borchol-
 thulanus meritissimus, atq; ita per sexaginta & unum annos
 Verbi ministerio indefinenter functus, qui anno 1668 quando
 annum octogesimum octavum ageret, vitam cum morte com-
 mutavit. Avia Paterna, ANNA Wolterè/Matrona piensissima.
 Avus Maternus, Vir integerrimus, JACOBUS Allwarden/Ci-
 vis ac Cerevisarius hic loci industrius. Avia Materna, CATHA-

RINA Duncfers/Matrona virtuosissima, Soror Pl. Rev. & Ampli.
Dn. M. ANDREÆ Duncfers/Pastoris Petrini meritissimi, ger-
mana. Proavus Paternus, Vir Rev. & Eruditiss. JOHANNES
SANDHAGIUS, Pastor, dum viveret, Ecclesiæ quæ est in Dissen
in Episcopatu Osnabrugensi, fidelissimus. Proavia Paterna, AN-
NA Rudolphs/Matrona honestissima. Proavus Maternus, JO-
ACHIMUS Duncfer; Proavia Materna, MARGARETHA
Butendicks. His optimis Parentibus Avis ac Proavis cum na-
ta esset & sanctissimo Baptismi lavacro renata, ad optima
quæq; à teneris usque & honestissima,educta & affvefacta est,
eorumq; virtutes cum lacte materno velut imbibit, mox & ex-
emplo ipsorum invitata rectius rectiusq; in dies expressit. Post
pietatis enim atq; pudoris studium, administrandæ rei familiaris
scientiam ita exercuit, ut deterrere plures potuerit, qui adpira-
rent ad illam laudem. Adeo nihil ignorabat eorum, quæ tum
ad augendam rem tum custodiendam facere videntur. Anno
M.DC.LXII. d. 4. Februarii, vigesimo Idil. tertio ætatis anno
celebravit nuptias, infelicissimis prorsus, ut exitus docuit, au-
spiciis. Admodum Rev. enim ille & Doctissimus Maritus, Dn.
NICOLAUS RIDEMANNUS, S. S. Th. Lic. & ad D. Mariæ
Verbi Minister probatissimus, cui vinculo conjugali copulata
erat, paucarum post nuptias peractas hebdomadarum spatio, et
quippe Martii die ejusdem anni, pro imperscrutabili voluntate
divinâ fatis concessit, novellæ Conjugi celerrimè ereptus. Anno
M.DC.LXV. d. 18. April. ductu omnipotentis Dei Clementissi-
mo iteratò desponsata est Viro Rev. Clarèq; docto HENRICO
Schlutauwen/Diacono Nicolaitano, cujus familiam benedi-
cente Deo duobus filiis auxit HENRICO sc. atq; REMBERTO
& unâ filiâ, MARGARETHA CATHARINA, in primis sta-
tim annis immaturâ morte sublatis. Liberos hos in sperato &
luctuosissimo obitu die 21. Aug. A M DC.LXX. ipse Pater secutus
est, nil nisi tristitiam summam oculosq; lacrymarum rore madi-
dos præmature illo suo è vivis excessu suis relinqvens. Anno
M.DC.LXXI. d. 1. Maji continuatâ Benignissimi in cælo atq;
terrâ Provisoris curâ, lociata est tertiâ vice Plurimum Rever.
Clariss.

Clariss. atq; Doctiss. Virō, Dñ. M. JOHANNI ERNESTO
 HELWIGIO, Scholæ hujus oppidanæ primū Conrectori,
 Pastori deindē Neo - Caldensi Synodiq; Neo - Caldensis &
 Dargunensis Præposito dignissimo. Ultimâ hac societate con-
 jugali eâq; svavissimâ & exoptatissimâ duo nati sunt Liberi, fi-
 lia nempe DOROTHEA CATHARINA & filius JACOBUS
 REMBERTUS sed tenerrimâ iterum ætate denati, ac gravissi-
 mo cum piissimorum Parentum luctu, mutuo eodem die fune-
 re elati. Viduitatis annos qvndecim ab Ao. M.DC. XC. d. 10.
 Nov. qvô desideratissimo privata est Marito, eoq; postremo,
 summâ pietate, cui à teneris studuit, & ita exegit, ut id sibi præ-
 cipuè pensi habendum existimaret, de qvo Timotheum suum
 Gentium Doctor admonet, (1. Timoth. V. 5.) *Que vera, inqvi-
 ens, vidua est & desolata speret in DEUM & instet obsecrationibus &
 orationibus nocte & die.* Profectò ut hæc subindè memoriâ re-
 volvit, ita semper vitâ ad memoriâ hanc & sacram normam
 compositâ expressit. Turpe enim existimabat nosse bona &
 non facere juxta illud Apostoli (Jacobi Cap. I. 22.): *Estotes au-
 tem factores verbi & non auditores tantum, fallentes vosmet
 ipsos.* Nulla unqvâm sacra publicè peracta sunt, quibus non
 illa, modo valeret rectè aut aliis piis operibus implicita non ef-
 fet, interfuerit. Nullus unqvâm elapsus dies qvo non domi ordi-
 nariis precibus & Sacrarū literarū lectioni vacarit. Nullus un-
 qvâm indigus, cujuscunq; fortis & conditionis esset, cui operam
 suam promptissimam denegaverit. Officiosa in omnes, omnium
 qvibus innotuit confessione, extitit, dum vel Amicis adesset, vel
 ægrotis affideret, utrisq; certè consuleret, & huic studio non die-
 es modo sed & noctes ipsas cum detrimento quidem valetudi-
 nis sed incremento pietatis promptè proripuit & nihil in vita im-
 putaret. Unde non dubitandum quin simul & laudes, HANNÆ
 indelebiles, de qvâ Evangelista (Lucas C. II. 27.): *Non discedebat
 de templo jejunijs & observationib; serviens die ac nocte;* & TABITHÆ
 encomium præstantissimum, quam plenam operibus bonis eadem
 sacræ literæ (Act. IX. 36.) prædicant, optimò jure fuerit me-
 rita, Morbus, qvo Beata jam nostra corripiebatur die 9. Aprilis,
 Pleuri-

Pleuritis erat vera cum febre ardente continuâ, cui præter
 dclores dextri lateris ad dorsum & Icapulam ejus lateris insi-
 gnes sese extendentes & insignem æstum majori cum a-
 cerbitate sæpius recurrentem, ut rubor faciei subindè
 cum extremis ad livorem ferè mutaretur, agrypnia ple-
 rumqve continuæ junctæ erant. Et quænvàm subindè
 tussi à sputo & pituitâ cruentâ levâri videretur & omnibus iis
 malis iretur obviam remediis exqvistissimis; magnitudo ta-
 men mali ejusq; pertinacia & superabat vires ætate in senili non
 ita firmas amplius ac quasi fixas & medicaminum vim respue-
 bat atq; efficaciam, ut ægra nostra morbi gravitati mortisque
 necessitati succumberet, sororem unicam eamq; tristissimam,
 & sui desideratissimam relinqvens. Inter validissimos morbi
 tenacissimi impetus viguit apud Nostram spei robur (ut cum
 Cypriano loqvar) & fidei firmitas, ac inter ipsas virium corporis
 labentes ruinas erecta mansit mens, imobilis virtus, nunquam
 nisi læta patientia & anima de Deo suo semper secura. Tandem
 voti devotissimi, his verbis ex hymno illo funebri notissimo, *DEUS JESU*
Christ ich weiß gar wohl concept: Sans seyn so gth durch deine Hand mir ein
vernünftigs Ende/ & quotidianis suspiriis cœlum versus emissi, circa septimi
 post ingruentem morbum diei vesperam compos facta est. Plena enim fidei
 Christiana in Redemptorem crucifixum mortuum a credivum, inter ad-
 stantium preces diligentissimas & acerbissimos sororis unice fletus, sine
 notabili dolorum lethiterorum sentu, placidè prorsus obdormivit, ipsos
 LXV. annos nata & novem menses. Cui optimæ & pientissimæ Matro-
 næ, quæ hodierno die funebria solemnî ritu sint faciendâ, majorem in-
 modum Vos, Cives Honoratissimi, oro rogoqve, ut frequentes velit
 comparere & exequias destinatas honorifico comitatu exornare. Facie-
 tis sic Officium & Sorori mœstissimæ & reliquis demortuæ propinquis
 longè gratissimum & ad dolorem Lugentium gravissimum leniendum
 efficacissimum, mutuis officiis, lætoribus, DEO votis nostris
 annuente, casibus, compensandum.

P. P. Sub Sigillo Reçtorali ad d. 24. April. Anno recuperatæ
 gratiæ M. DCCV.

Conventus fiet in Æde Jacobæâ horâ Imâ.






Vod commune est Naturæ post lapsu
næ debitum, id ipsum in munere me
ximè reiteratò primum mihi, qvam
ptionis publicæ suppeditat argument
enim est, quo communi mortalitatis
exemta est Ornatissima Matrona MARGARET
RINA HELWIGIA. Quæ cum sexaginta
obiens diem jam confecisset, verum ostendit
Maximo dictum, quum vitæ humanæ terminu
annis poneret, aut si ad summum veniretur, in c
dum recogitarunt naturæ ac mundi senescen
antiquiores quam recentiores & statum viriun
num priorum hominum cum statu virium
posteriorum hominum contulerunt, antiq
mundi habitum cum antiquiori & recentiori, p
& antiquissimarum aromatum specierum pensu
non potuerunt non animo suo persuadere, ut
tempore atteri, sic & naturam rerum decrefcere
fieri. Ita sibi persuasit & aliis ESDRAS (Lib. IV. C.
fidera & Tu minore statura vos esse quàm ij qui antecesserunt
Vos venturi sunt minores fore & obij, quasi iam senescentibus
juventutis prætereuntibus. Ita PLINIUS Hist. Nat. Li
In plenum autem (inquiens) cuncto mortalium generi mino
fieri propemodum observatur: rarosq; Patribus procerior
ratem seminum exustione, in cuius vices nunc vergat a
ejusdem opinionis HORATIUS Lib. III. od. VI.

Damnosa quid non imminuit die
Ætas Parentum pejor avis, tuli
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiore.

Planè confirmare visus est D. CYPRIANUS ad
anum scribens, qui audacter affirmare non ver
sui temporis ad veritates Christianis imputanda
adorare recusaverint, cui respondens sic ait: *Illis*
debes, senuisse iam mundū; non illis viribus stare, quæ
nec vigore & robore eo valere quo antea præ valebas

Copyright 4/1999 VxyMaster GmbH www.vxymaster.com
VierFarbSelector Standard - Euroskala Of



facientibus & nulla de Scripturis S. prædicationibusq; divinis documen-
 ta promentibus, mundus etiam ipse jam loquitur & occasum sui rerum
 labentium probatione testatur. Non hyeme nutriendis seminibus tanta
 imbrum copia est: non frugibus astate torrendis solis tanta flagrantia
 est, nec sic verna de temperie sua lata sunt, nec aded arboreis sætibz
 autumnæ secunda sunt. Minus de effossis & fatigatis montibus mar-
 morum eruuntur crusta, minus argenti & auri opes suggerunt exhausta
 jam metalla: & pauperes vena breviantur in dies singulos & decrescunt.
 Deficit in agris agricola, in mari nauta, miles in castris, innocentia in
 foro, justitia in judicio, in amicitia concordia, in artibus peritia, in mori-
 bus disciplina. Putasne tantum posse substantiam rei senescentis exi-
 stere, quantum prius per bellam adhuc & vegetam juventute pollere. Mi-
 nuatur necesse est. Nejam proximo in occidua & in extrema
 devertit. Radios minus claro & igneo splendore
 jaculatur: exoletis cornibus luna tenuatur; &
 arboribus, arefcentibus ramis sic postmodum
 sterescunt. Idantibus prius venis largiter
 sudore destillat. Hæc sententia
 vidant & aucta senescant;
 infirmata & diminuta
 dicis quam Philoso-
 phus Marcellus Donat9, Man-
 IV. c. XIV. Petrus de Pera-
 Jacobus Dalechampius Lib. 2. de
 adducit Gregor. Franci in dis-
 sed neq; his, breviter insinuatis ar-
 nec aliis quam plurimis moti aut con-
 tum & Philosophorum constanti tempo-
 rum & a. unanimes consensu affirmant, vanam esse il-
 lam sententiam & vulgariter eruditorum, longeque probabilio-
 rem & veriorē, quæ defendit tam firmam pulchram ac valen-
 tem naturæ faciem nunc esse quam unquam antea & a primis
 ineuntis mundi incunabulis ad hæc nostra tempora a nativo suo
 yigore & vivacitate nil deflexisse. Horum in Catalogo ex anti-
 quioribus

